Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8159
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

nulli inferiori subiciuntur. hoc officium est secundum gg in bello
spiritali instruere qualiter opteat placidus officium exercere
et qualiter debeant subditis diuari hoc officium etiam
est secundum dyonisium timore seruili deposito indeum
moui et incessanter ei famulari. ¶ Principatus subdi
tis angelis preesunt et eos ad ministerium diuinum ex
plendum disponunt. ad hos pertinet secundum dyonisium
uniuersale regimen unius regionis gentis ductiuum ad
dei similitudinem. Ministerium quoque eorum est secundum gg. do
cere homines exhibere reuerentiam unicuique secundum
suum. hoc etiam proprie homines promouere ut non pro
utilitatem propam sed solus dei amorem et honorem
faciant iusticiam. ¶ Potestatibus secundum ysidorum iu
tutes aduersae subiecte sunt ne mundo tantum noceat
quam cupiunt. hoc officium est secundum gg illos qui
spiritali certamine deludant confortare et ne regnum
spirituale amittant defendere et secundum dyonisium ad ipsos
spectat angelos inferiores quantum possibile diuine
potentie conformare. ¶ Virtutes sunt infatigabiles
ad executionem faciendorum et robusti ad perceptionem
miraculorum. hoc officium est secundum dyonisium docere
prelatos ut facile et perseuanter que ad officium prelatorum
pertinent exequantur et ipsius honera sustineant pacienter. ¶ Et pistos miracula fiunt et uirtus faciendi
miracula preestare concedere. ¶ Archangeli summum nun
tium nuncupantur et summa nuntiant. hoc officium
est secundum gg de illis que pertinent ad promotionem fidei
uel de natiuitate xpi et fere eius homines expedire et
demones ab hominibus remouere secundum dyonisium
prophetas reuelare. Iste illuminationes quas a superioribus
suscipiunt inferioribus annuntiant et peosdem nobis.
¶ angeli sunt in celesti dispositione ultimi et homini
bus magis propinqui. ¶ Angelus nomen est officii non
nature. Isti minora nuntiant et homines ad diuina